ſionem feciſſe, neuter tenetur ad pœnam conuentionalẽ de non offendendo.

142 Vul pell. error.

143 Homicidij pœnæ an teneantur omnes ſi tot ſint vulnera, quot ſunt ij qui homicidio interneneraut, remiſſiuè.

144 Vulnus mortale quando dicatur.

145 Et in quibus corporis partibus vulnera ſint lethalia.

146 Vulnerans an teneatur de homicidio, ſi vulneratus vtens incantationibus, & medicis imperitis obierit.

147 Vulnerans mortaliter non poteſt punieri homicidio niſi ſecuta morte vulnerati, licet certum ſit eum moriturum, & ſtante ſtatuto quod occidens occidatur.

148 Vulnerans inquiſitus de homicidio debet condemnari de eo ſi ſequantur mors vulnerati pendente inquiſitione, vel ſinita.

149 Et inquiſitus de vulnere debet puniri de homicidio ſuperueniente obitu vulnerati etiam ſi lata eßet ſententia ſuper vulnere.

150 Vulnerans an teneatur de homicidio, quando dubitum eſt, an ſit vulnus mortale, & nihilominus vulneratus obierit remiſſiuè.

Et quid ſi vulneratus deceſſerit ex alia infirmitate, nu. eod.

151 Vulneratus non lethaliter ſi infra modicum tempus moriatur, an præſumatur ex vulnere mortuus, et vulneratus teneatur de homicidio aut de vulnere tantum, remiſſiuè.

152 Vulnerans, quando præſumatur habuiſſe animũ occidendi, remiſſiuè.

153 Vulnus, quando non ſit mortale.

154 Sententiæ condemnatoriæ ſuper homicidio an indiciũ Medici imperiti, ſi de contrario conſtet per peritiores, debet etiã ſine appellatione retractari.

155 Vulneratus ſi ſpaſmo ſuperueniente moriatur, præſumitur ex vulnere mortuus.

157 Vulnus præſumitur mortale, ſi poſt vulnus mors ſequatur

157 Vulneratus ſi moriens dixit ſe nõ decedere ex vulnere, ſed ex mala cura, vel Medicorũ culpa, & pacem fecerit, an iuuet percuſſorem.

158 Et quid probandum ſit ad defenſionem, remiſſiue.

159 Vulneratus, vel nullum vel imperitum Medicum ſibi adhibens dicitur eſſe in negligentia, & culpa.

160 Et negligentia in dubio non præſumitur.

Et quomodo probetur remiſſiuè. num. eod.

161 Vulneratus an ex vulnere obijſſe cenſeatur ſi Medici ſint diſcordes.

162 Et quibus Medicis ſit credendum, quando inuicem ſunt contrarij.

163 Vulneratus an deceſſerit ex vulnere, ſtandum eſt arbritio iudicis, nulla temporis habita ratione.

164 Et quid eo caſu Iudex conſiderare debeas.

165 Vulneratus in infirmitate præſumitur mortuus ex vuln.

166 Vulneratus læthaliter tenetur de homicidio, licet vulneratus culpa ſua obierit.

167 Vulneratus poſt illatum vulnus ambulans per triduum; ſi poſtea moriatur, an præſumendum ſit ex vulnere deceſſiſſe.

168 Vulneratum ex illatis vulneribus obijſſe, quibus coniecturis probetur, remiſſiuè.

169 Vulnerans condemnatus de homicidio an poſſit probare cõtrarium eius, quod Medici retulerunt ſententia ſine appallatione, valeat retractari.

170 Medicus pro inſpiciendis vulneribus, a quo ſit eligendus.

171 Occidens proximum morti, tanquam homicidia punitur.

172 Fur nocturnus poteſt vulnerari etiam abſque periculo amittendi bona.

173 Fur nocturnus, an poſſit impune vulnerari, et occidi pro defenſione rei minimæ, aut vilis.

174 Et quid ſi iam exiuerat è domo fugiens cum re minimæ.

175 Fur de iure Canonico occidi non poteſt.

176 Furem diurnum ex interuallo occidens eo quod iuris remedio ſua bona recuperare non potuit mitius punitur.

177 Pater an poſſit impunè filiam pragnante in adulterio deprehenſam interficere.

178 Et quando dicatur reperta in ipſa turpitudine, remiſſiuè.

179 Et ſi ſit virgo, vel vidua, non poteſt impunè occidere.

180 Et non licet auo neptem in eius poteſtate conſtitutam interficere.

181 Pater non poteſt filiam in præludijs adulterij repertam impunè occidere.

182 Homicidij tenetur adulter, ſi deprehenſus in adulterio patrem adulteræ ſe defendendo interficiat.

183 Pater an poſſit de iure canonico filiam, & maritus vxorem in adulterio repertam impunè occidere.

184 Pater, & maritus poſſunt citra excommunicationem Clericum in adulterio deprehenſum occidere.

185 Maritus in Regno Neap. vxorẽ etiam prægnantẽ, & adulterum ſtatim in adulterio deprehenſos impunè occidit.

186 Maritus interficiens vxorem, qua pœna ſit puniendus.

187 Maritus in Hiſpania pro ſuo arbitrio de vxore, & adultero, eorumque bonis vindictam ſumit.

188 Maritus, cui licet vxorem in adulterio deprehenſam occidere, etiam prægnantem interficere poterit.

189 Pater, vel maritus lege ciuili permittente adulteram, aut adulterum occidens, an ſit tutus in terris Eccleſ.

190 Et quid de pena ſpirituali.

191 Adulterum poſſe impunè occidi, cur introductum, remiſſ.

192 Filius patrem, & libertus patronum in adulterio deprehenſas, non poſſunt occidere.

193 Mulier in adulterio deprehenſa, quæ dicatur.

194 Adulterium an probetur confeſſione mulieris extraiudiciali geminata.

195 Patre, vel marito cõuocante amicos ad interficiẽdum adulterium in caſu de iure licito, an ſint amici puniendi.

196 Et eo caſu maritus, & ſocij poſſunt comparere per procuratorem.

197 Pater poteſt mandare filio, vt adulteros interficiat.

198 Iudex arbitrum in cauſis capitalibus habens, an punire eũ poſſit, qui concedente ſtatuto bannitum occidit, remiſſiuè.

199 Bannitus quomodo probetur, remiſſiuè.

Et quando poſſit occidi, remiſſiuè, num. eodem

200 Bannitus pro aſſaſſinio impunè occiditur de iure canonico.

201 Homicidia probans occiſum eſſe bannitum, abſoluitur ſtante ſtatuto bannitum poſſe impune occidi.

202 Homicidium non eſt ſine immunditia.

203 Bannitum etiam extra territorium bannientis interficiens gaudet beneficio ſtatutariæ impunitatis.

Et illius exceptionem opponens impedit vlteriorem proceſſum, num. eod.

204 Bannitus non poteſt ſeiſpum impune interficere etiã ſtante ſtatuto, quod bannitus occidi poſſit.

205 Statutũ loquens de bannito, non verificatur in eo, de cuius banno diſputatur.

206 Statutũ quod bannitus poſſit impune occidi, an comprehendat clericos malefactores.

207 Et quid in eo, qui citatus comparuerit, no x iterũ citatus, & contumax fuerit bannitus.

208 Et quid in proxime banniendo.

209 Et quid ſi non ſit deſcriptus in libro bannitorum.

210 Bannitũ ex ſtatuto impune occidens poteſt muros Ciuitatis tranſcendere, & arma prohibita deferre.

211 Statutum quod bannitus impune poſſit occidi, an habeat locum in ſocijs bannitorum.

212 Et an eo caſu liceat bannitorum bona dilapidare.

213 Et in quibus caſibus huiuſmodi ſtatutum amplietur, & limitetur, remiſsiuè.

214 Bannitos impune occidi ad perſecutionem bãnitorum deputatus ex cauſa ſtatuere poteſt.

215 Statuto permittente, bannitũ impune occidi, an poſsit renunciari, remiſsiuè.

216 Notus proprius, ſeu ſtatutum, quod capiens bannitum, vel interficiens, poſsit ſe eximere a banno, vel nominare alium bannitum, an comprehendat bannitus poſt motum propriũ vel ſtatutum.

217 Et quid in Regno Neapolitano.

218 Et ſtante dicto motu proprio, vel ſtatuto, capiens bannitũ, vel interficiens, non amittit præmium, ſi poſtea delinquat.

Et conceſſa nominatione duorum bannitorum capienti, vel occidenti



occidenti aliquem ex capitibus, ſi poſt factam nominationem captus, vel interfectus reperiatur eſſe ſimplex bannitus, primus nominatus, duntaxat gratiá obtinebit. nu. eod.

219 Et capiens bannitum pro furto non poteſt nominare bannitum pro homicidio licet captus confiteretur homicidium, pro quo non fuerat homicidium

220 Et bannitum ignoranter occidens nõ conſequitur premium

221 Et an huiuſmodi motus proprius habeat locũ, ſi inimicis occideret bannitum.

222 Et comprehendit cleritus bannitus.

223 Bannitus occidens fortnito, vel ad ſui defenſionem, ſiue vt officialis, non habebit præmium ſtatuti.

224 Bannitum occidens, qui doloſè eius bannum procurauit, nõ gaudet beneficio ſtatuti.

225 Bannitus non poteſt impunè offendi ex diſpoſitione ſtatuti poſt terminum banni, ſi antea legitimè impeditus comparere non potuit.

226 Bannitũ pro furto capiens, vel interficiens, an poſſit nominare bannitum pro homicidio ſtante ſtatuto, quid poſſit remittere bannitum pro minori delicto.

227 Bannitus habens nominationem tantum, & expectans decretũ non poterit interim capi, licet adhuc non ſit inſultat.

Bannitus reponendus in priſtinam libertatẽ, quomodo relaxari debeat, num. eod.

228 Bannitus ex pluribus bannis præſentans, aut interficiẽs bannitum ex vnico banno an ſit liberandus ab omnibus bannis ſtante ſtatuto, quod debeat eximi de banno.

229 Bannitum capitale, delictum committentem, minori tamen pena ex iuſta cauſa condemnatum capiens, aut interficiens, debet ſine remiſſione partis gaudere præmio ſtatuti propoſito occidenti, vel capienti bannitum.

231 Bannitum occidentis præmium competit etiam interficienti extra territorium.

239 Bannitum interfeciſſe mentiens ad conſequendum præmiũ ſtatuti, vltimo ſupplicio eſt plectendus.

232 Banniti an poſſit abſq. peccato offendi, ſtante ſtatuto, quod impunè offendantur.

233 Bannitum capiens, cumque in arbore ſuſpendens an incidat in pœnam homicidij vel vſurpatæ iuriſdictionis

234 Bannitum impunè offendens ex ſtatuto, an poſſit ſæuire in eius cadauer.

235 Mulier bannita prægnans an vi dicti ſtatuti impune occidi poſſit.

236 Et mulierem bannitam adulterare non licet, cuius etiam vir eſt bannitus.

237 Bannitum capientis, vel occidentis præmium non competit capienti, aut occidenti mulierem bannitam.

238 Bannitum occidens mulier conſequitur præmium ſtatuti.

239 Bannitum patrem an impune occidat filius, ſtante ſtatuto, quod bannitus poſſit impune offendi.

240 Banuitum maritũ non licet vxori occidere ex dicto ſtatuto

241 Bannitus Ferrarienſis ex Parma, eoque legatus a ſuo Principe miſſus non poteſt tenquam bannitus offendi.

242 Bannitus an impune occidi poſſit ab eo, qui in tregua, vel pace iurauit eum non offendere.

243 Et quid in foro honoris.

244 Et quid de iure Canonico,

245 Bannitus poſt promiſſionẽ de non offendendo, non liberatur a fideiuſſione præſtita.

246 Bannitus ſi ſe defendendo homicidiũ committat, non frangit cautionem de non offendendo.

247 Bannitũ, qui ex ſtatuto impune occiditur, an proditore occidere liceat.

148 Bannitus impunè occiditur ad inſtantiam inimicorum, vel pro pecunia, ſtante dicto ſtatuto.

249 Bannitus gratiatus à principe, non dum tamen cancellatus ex albo, an poſſit impunè occidi, virtute dicti ſtatuti.

250 Et quod de bannito minus legimè cancellato remiſſiuè.

Et quid de bannito non cancellato, qui pœnam ſoluit gratiam obtinuit remiſſiuè. num. eo.

Et quando præſumatur ſcientia gratiæ, remiſſiuè. nu. eod.

251 Et de modo defendendi occidentem bannitum gratiatũ, nõ tamen cancellatum ex libro bannitorum, remiſſiuè.

252 Bannitum petentem ſe deleri à banno occidens, an debeat puniri.

253 Bannitus iniuſte cancellatus à banno, vel à non debente authoritatem, impunè occiditur.

Et dicitur iniuſte cancellatus, vbi non apparet de cauſa.

254 Bannitus toleratus an impunè poſſit occidi.

255 Bannitus habens ſaluum conductum poteſt offendi extra locum delicti.

256 Bannitus non cancellatus ex albo, an poſſit impunè offendi, ſtante reformatione, bannitos omnes abſolutos eſſe, & de eorum banno concellatos, ac reſtitutos remiſſiuè.

257 Et quid ſi fuerit concellatus ex vno libro, & non ex altero remiſſiuè.

Et quid probare debeat Aduocatus banniti contra homicidam remiſſ. nu. eod.

258 Bannitus gratiatus de homicidio, tacita alterius homicidij gratia impunè poteſt occidi.

259 Bannitus gratiatus ſub conditione habenda pacis, an ſi habita pace, toleretur a Principe, poſſit impuuè offendi antequam cancelletur è banno.

160 Concellatio facta a non habente authoritatem non valet.

261 Bannitus ſi ſub conditione alicuius ſeruitij debeat rebãniri vel deliberatus a banno, an deſinat eſſe bannitus abſque declaratione Iudicis pro ſeruitio præſtito.

262 Bannitus inira tempus aſſecurationis homicidium committens, impunè occiditur ex dicto ſtatuto.

263 Bannitus habens ſaluum conductum ſi ſit repertus in comitiua bannitorum, iure occiditur.

264 Bannitum occidens dicitur eſſe in culpa non inueſtigando an eſſet ſublatum bannum.

265 Bannitus, an poſſit impune occidi, ſi proteſtetur obtinuiſſe gratiam.

266 Bannitus minus legitime, vel nulliter, an poſſit impunè offendi in ſtatu Eccleſiaſt.

167 Homicidia notarius etiã nõ bannitus impunè offendi poteſt in ſtatu Eccleſiaſtico.

268 Bannitus per ſententiã legis Municipalis duntaxta, an poſſit impunè offendi virtute dicti ſtvtuti.

269 Bannitus clericus a Iudice laico ignorante illum eſſe Clericum an poſſit impune occidi, ſtante dicto ſtatuto.

270 Et an dictus Clericus bannitus, ſi alium bannitum occidat gaudeat præmio.

271 Bannitus an poſſit impunè occidi ex dicto ſtatuto pendente appellatione a ſententia banni.

272 Et an pendente reſtitutione in integrum, vel alio remedio.

271 Et an pendente tempore ad appellandum.

274 Et quid in confeſſo, & conuicto.

275 Bannitus dum ad ſupplicium ducitur, an poſſit impune occidi.

276 Bannitum captum à Curia occidens an committat crimen læſæ Maieſt. remiſſiuè.

277 Bannitus captus a priuato an poſsit ab alio impunè occidi.

Et quis eorum debeat conſequi præmium. nu. eod.

278 Bannitus an poſsit impune occidi, dum citatus iret ad Iud.

279 Bannitus an poſſit occidi extra territorium ſtante ſtatuto impune occidi in Ciuitate, vel diſtrictu.

280 Et quid in ſtatu Eccleſiaſtico.

281 Et an competat occidenti præmium ſtatuti.

282 Bannitus impunè offenditur, vbi eſt confederatio cum loco banni, & locus eſt præmio ſtatuti.

283 Bannitus pro aſſaſſinio, quãdo poſsit impunè occidi extra territoriũ banni, vbi non viget ſtatutum offendendi bannitum impunè.

284 Et quid ſi ſit clericus.

285 Bannitus propter læſæ Maieſtatis, aut rebellionis crimẽ, vel ſimile extra bannientis territorium impune occiditur, & competit occidenti premium ſtatuti.

286 Bannitum occidens in Eccleſia non tenetur ſacrilegij.

287 Bannitum interficiens poteſt continentis ilium impune ſpoliare, & derobare.

288 Bannitum occidens extra territoriũ, vbi impune occidi poterat, non debet puniri a Iudice originis, vel domicilij.

289 Bannitnm præſtantis præmium debetur conſignantis caput.

Ban-

290 *Bannitum occidenti ad defenſam non datur præmium ſtatuti.*
291 *Et quid occidente bannitum ignoranter.*
292 *Bannitum interficere exiſtimans, ſi alium non bannitū occidat, an teneatur aliqua pœna.*
293 *Bannitus iu libris centum ſi ex ſtatuto impunè occiditur, an liceat interſicere bannitum in pluribus minoribus ſummis excedentibus in ſimul centum libras.*
294 *Bannitus an poſſit ſe defendere.*
295 *Homicidium in viginti tres caſibus nou punitur pœna mortis, remiſſiue.*
296 *Sodomiticum vitium tentans impune occiditur.*
297 *Homicidium commiſſum in duello permiſſo a Principe non punitur.*
298 *Diſrobantes in ſtratis publicis impune occidi poſſunt.*
299 *Vulneranti a ſtatuto pœna propoſita, vulnerans animo occidendi maiori pęna punitur.*
300 *Vulnerans ſeipſum qua pęna ſit puniendus, remiſſiue.*
301 *Et an conprehendantur ſub pęna ſtatuti contra vulnerantē remiſſiue.*
302 *Et perſequens alium cadentem, ac ſe ipſum vulnerantem, an debeat puniri tanquam vulnerans.*
303 *Homicidij affectus, vt pęna mortis ex diſpoſitione ſtatuti puniri poſſit, quæ requirantur.*
304 *Vulnerans pro pecunia etiam ſine animo occidendi grauius punitur.*
*Condemnatus in quinquaginta libris, quas ſi non ſoluerit infra meneē, pęna duplicetur, an nō ſoluendo in prædicto termino poſſit impune offendi ſtante ſtatuto, quod condemnatus in centum impune offendi poſſit, vide ſub. nu. 293.*
*Bvnnitos an clerici impune occidere poſſit ſub. nu. 270.*
305 *Qui pęnam, quique infamiam incurrant homicidæ in terris Eccleſiæ ſubiectis.*
306 *In aſſaſſinio punitur affectus ſicut effectus.*

---

## ADDITIONES.
### Ad §. Homicidium.

a *Homicidij.*) Farinac. pleniſſimè hanc materiam homicidij generaliter pertractat. 5. uol. ſuæ praxis. quæſtion. 119. per quattuor inſpect. & q. 120. per quinque ſectiones, & quæſ. 121 per duas partes, & q. 122. per partes ſex, & q. 123. per inſpect. quinque, & q. 123. per tres partes, & q. 125. per partes ſeptem & q. 126. per tres partes, & q. 127. per quattuor partes, & quæſt. 128. per duas. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 9. c. 17. 18. 19. 20. 27. & 28. Vigel. M. I. R. I. 1. c. 13. q. 4. de homicid. & plura. Bonacoſ. in quæſt. crimina uerb. homicid. & eſt crimen grauiſſimū. Farin. d. q. 119. inſpect. 1. ubi & hanc diſtin. tāngit, & quando doloſum, culpoſū, uel caſuale. idē d. q. 126. p. 1. *Roſ.*

*Homicidij.*) Homicidium autem, quid ſit, atque unde dicatur, uide latè per Lud. Carer. in ſua pract. crimin. pagin. 173. & 174. *Giach.*

*Homicidij materia.*) Adde quid ſit homicidium & unde dicatur latè per Carrer in pract. crim. §. 1 n. 1. cum ſeq. fol. 46. & quot modis dicatur homicida, Bald. in conſ. 52. uol. 1. & conſ. 384 uol. 5. *Baiar.*

b *Duæ ſunt ſpecies.*) Aliam diſtinctionem, uide per Carer. in pract. §. homicid. 1. *Giach.*

c *Caſu autem dicitur.*) Farin. d. q. 126 part. 1. num. 5. & 31. 32. & 35. *Roſ.*

c *Caſu autem dicitur, &c.*) Adde ſi in eo, qui interfecit eū, cum quo ad brachium, ſiue ad pugnas, ſiue ad lapides ludebat, Dec. conſilio nono per totum, & alia exempla de caſuali homicidio habentur per Carrer. in pract. crimin. in §. homicidium in primo, & qua pœna plectuntur delinquentes in ludo, ſiue permiſſo, ſiue prohibito, Menoch. de arbitrar. iud. caſu 400.

### §. HOMICIDIVM.

1 *Homicidij materia [a] malo noſtro fato frequens eſt quotidie enim videmus etiam ex leuiſſimis cauſis, homines trucidari, quapropter in hoc deflenda eſt hominum conditio, quod cum cetera eiuſdem generis animantia inter ſe nō ſæuiant, ſoli homines ſibi inter ſe inſidiantur, & crudeliter mortem inferunt. Pro intelligentia autem terminorum præmittendum eſt, quòd homicidij [b] duæ ſunt ſpecies, ſcilicet homicidium ſimplex, & homicidium deliberatum, et ad has duas ſpecies reduci poſſunt omnes aliæ ſpecies homicidij. Simplex homicidium eſt illud, quòd committitur ſine qualitate animi deliberati. Deliberatum vero eſt, quod committitur ex propoſito cum illa qualitate. Homicidium autem ſimplex altero ex quattuor modis committi poteſt, ſcilicet, Neceſſitate, Caſu, Culpa, Dolo. Neceſſitate, cum quis ad ſui neceſſariam defenſionem alium interficit, & de hoc late diximus infra ver. excuſatur autem, & alijs ſeq.*

2 *Caſu [c] autem dicitur committi homicidium, cum quis alium occidit ſine culpa, aliud facere cogitans: & poteſt poni [d] exemplum in eo, qui cum luderet ad [e] iaciendum palum loco ſolito, hominem interfecit, vt in caſu in quo conſuluit Socin. conſ. 16. lib. 1.*

3 *Culpa [f] dicitur homicidium committi, quando quis non doloſe, neque animo occidendi, ſed in adulteranter alium interfecit: & nunc hoc homicidium licet ſine dolo commiſſum, poteſt nihilominus puniri criminaliter, non quidem pœna ordinaria, & ſic pœna mortis, ſed debet puniri pœna pecuniaria, [g] vel exilio, pro modo.*

2 Item † adde, quòd homicidium dicitur caſuale inter ami. Io. de Amicis conſ. 86. nu. 15. & conſ. 7 nu. 37. & Bertaz. conſ. 208. nu. 14. cum ſeq. & ad excuſandum homicidium caſuale, conſuluit Socin. conſ. 16. uol. 1. *Baiard.*

d *Exemplum in eo.*) Adde aliud exemplum in homicidio conſanguinei, quod præſumitur caſuale, et non doloſum, per Carer. pra. crim. pag. 237. nu. 153. et pag. ſeq. nu. 1. ubi habes qualiter puniatur de iure ciuili, canonico, et regni, et nu. 57. etiam multa alia exempla homicidij caſualis homic. Vide ibi. *Gi.*

e *Iacendum palum.*) Vide plenè per Carrer. in pract. cri. pag. 595 nu. 354. et 355. *Giach.*

f *Culpa dicitur homicidium.*) Adde uidendum Menoch. de arbit. iud. caſ. 324. ubi qua pœna puniatur homicidiū ſine dolo commiſſum, Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 13. nu. 13. & Carrer. in §. homicid. 1. nu. 5. & 6. cum ſeq. ubi latè de pœna pecuniaria, & de exilio per quinquennium, cum multis limitationibus, uide per Cæpol. conſ. 30. ubi conſuluit in caſu Ragatij ad lapides ludentis, & utrum alium occidit.

4 Item † adde, quòd homicidium potius dicitur culpa, quàm dolo commiſſum, quando percuſſus inſequitur uulnerantem, qui fugiebat, & eum occidit. Felyn in c. dilecti filij. col. 6. de except. & Afflict. in conſtit. terminum uitæ, nu. 18. uide, quę poſui infra in uerſ. Atque adeò uera eſt. *Baiard.*

g *Vel exilio.*) Farin. in 4. uolum. ſuæ pract. q. 87. inſpec. 2. num. 60. Quid autem ſit dolus, fraus, uel culpa, & quotuplex, ibidem quæſtione 88. & in dubio præſumantur etiā ibi, quęſt. 89 inſpect. 1. & quomodo probentur, eademque inſpectio. 2. Deque præſumptionibus dolum excludentibus ibi inſpect. 3. num. 44. & quæ ſint doli præſumptiones, ibid. inſpectione 4. num. 74.

*Vel exilio.*) Vide etiam per Carrer. in practic. §. Homicid.



micid. 1. num. 16. & per Cæpoll. crimin. conſ. 29. nu. 29. conſ. 30. nu. 9. & etiam conſ. 31. nu. 26. vbi quò ad exilium tempus non debet eſſe maius quinquennio, & de pœna arbitraria iſto caſu imponenda, vide per Menoch. de arbitr. iud. caſ. 325. nu. 12. & Oſaſ. deciſ. 304. & Cæpoll. d. conſ. 30. conſuluit in caſu legatorum ad lapid. slu dentium, & vnus alium occidit, non culpa, ſed ex laſciuia, & in conſil. ſeq. loquitur etiam, & fuſius in homicidio iocosè cōmiſſo, & nō per dolum, ſed per laſciuiam. Et quā plura exempla da culpoſo homicidio, vide per Carer. in pract. crim. pagin. 241. & 242. nu. 8. & etiā per Iac. Menoch. de arb. iud. eo. caſ. 224. vbi etiā plenè. Itē de pęna arbitrar. pecun. imponēda ac de exilio per quinquennium cum ſuis limitationib. per Lud. Care. in pract. crim. §. homici. 6. nu. 157. & ſeq *Giach.*

h *Et eſt cōmunis.*] De eius, cuius cauſa fuit cōmiſſum homicidium, puta cauſa fratris rixantis. Menoch. caſ. 471. ſui tracta. de arb. iud. Vulp. cōſ. 22. nu. 2. *Roſ.*

i *Sed leuis.*] De leui culpa Farina d. q. 139. 1. par. nu. 51. & 52. *Roſ.*

5 k *Item in eo, qui culpa ſua.*] Adde † aliū caſum, quādo quis dat cauſā homicidio, & qua pęna puniatur, vt per Cacher. in deci. 104. *Baiar.*

l *In portitore.*] Quid ſi ego bona fide commodaui equum, vel arma, vel famulum meum ei, qui dixit, ſe velle ire in villam, & iuit ad occidēdū hominem, an debeā puniri; quod non, tenent Bald & Iac de S. Georg. in l. quicunque, C. de ſer. fugit. hic nu. 9. ille num. 20. quia non habuit mētem delinquendi. *Giach.*

m *Dicitur etiam culpoſum.*] Plaz. c. 10. nu. 5. vbi plura exempla. *Roſ.*

*Dicitum etiam culpoſū.*] Adde vidēdum Maſcard. de prob. concl. 67.
6 & 68. † quomodo præſumatur animus delinquēdi, & animus deliberatus ad occidendum, vbi plenè de multis coniecturis, & præſumptionibus, & præcipuè de præſumptionibus, hic per D. Clarū poſitis, vnde etiam Alban. in conſ. 46. & omninò Vulpell. in
7 conſ. 126. vbi tenet † quod percutiēs in cap. cum ſaxo, vel alio inſtrumento apto ad interficiendum debet puniri pęna homicidij, etiam quod percuſſerit in rixi, & ibi reſpon. ad Gramma. Io. de Amic. Sign. & Marſ. hic allegatos, & cōtra Marſ. tenuit etiam ab Occa in conſ. 63. nu. 25. & 26. inter conſ. 126. tenuit Maſcar. in concl. 864. nu. 15. p. 2. & de homicid. facto, cū baculo, & percuſſione in ſpatulis, vide Marſ. in conſ. 7. per totum, Gomeſ. de delict. in c. 3. n. 17. vbi voluit talē pęnā legis Corn. dignum eſſe, cuius opinionem credit eſſe veram Theſaur. in deciſ. 224. in fin. in eo, qui animo occidendi percuſſerit.

*culpa: & ita ſeruari atteſtatur Boſſ. in tit. de defen. reorum, nn. 68. et dixi infra hoc eo. lib. §. fi. q. 84. circa princ. & quandoque etiam pęna triremium ad tempus, vt ſeruatum fuit in quodam Laurentio Moremo, qui propter homicidium culpoſum fuit ad triremes per trienniū condemnatus, 9. Iun. 1557. P. N. Semper autem mitius punitur homicidium commiſſum ſine dolo, & ſine animo occidendi, quam illud, quod committitur dolo. [h] Et eſt communis ſententia Scribentium, vt dicit Cæpol. conſil. crim. 37. col. 1. & in hoc nemo diſerepat, vt dicit Maranta in ſuo Specul. fol. 26. poſt num. 59. Quinimò ſtante ſtatuto, quòd homicida decapitetur, debet intelligi, quando homicidium eſt dolo commiſſum, non quando culpa, vt dixi in d. q. 82. Hæc tamen concluſio, vt ſcilicet homicidium culpoſum poſſit criminaliter puniri, intelligenda eſt, vt procedat, quando fuit lata culpa commiſſum: talis enim lata culpa valde proxima eſt dolo, vt communiter dici conſueuit [s] ſed ſi non fuerit lata culpa, ſed leuis aut leuiſſima, tunc non debet criminaliter puniri. Et hæc eſt commu. opi. vt atteſtatur Boſſ. in tit. quomodo procedatur per actionem, nu. 38. talis. nu. culpa potius æquiparatur caſui, et ſic dicitur potius homicidium caſuale, quam culpoſum. Huius autem homicidij exculpa commiſſi poſſunt poni exempla: puta. ſi quis verſus turbam hominum proijciat lapidem, ex quo hominē interfecerit: certe nou adfuit dolus in illo homine interficiendo, ſed tantum culpa in proijciendo lapidē: et ideò non erit puniendus pęna ordinaria, ſed tantū extraordinaria. Et hæc eſt con. opi. vt atteſtatur Menchiata controuerſ. Illuſtr. c. 10. nu. 22. Item poteſt poni exemplū in illo architecto, qua aſcenderat machinam, et eam nō ligauerat ſufficiēter, et machina tota cedit ſuper caput exiſtentis ſub ea, et occidit eum, vt refert Ang. in l. Cornelia, ff. de ſicar. dicens, quòd fuit punitus pęna arbritraria. Itē in [k] eo, qui culpa ſua, cauſam dat homicidio, puta in portitore, qui noluit in portū recipere currus onuſtos, vt eos trāsfretaret, et dum ipſorum curruum vectores per aquas tranſierūt, vnus eorū ſubmerſus fuit, pro quo tamē portitore couſuluit Crau. conſ. 80.*

4 *Dicitur [m] etiāt culpoſum homicidium quando quis citra animum occidendi [n] alium percuſſit, ex qua tamē percuſſione ille mortuus eſt, cuius rei vt plurimum ſolet ſumi coniectura ex genere armorū, uel inſtrumenti, cū quo illata fuit percuſſio: puta, ſi cū baculo, prout cōtingit in illa muliere, quæ percuſſit baculo ſuper capite ancillā, quā credebat eſſe ex viro ſuo prægnantē, ex qua percuſſione iſta deceſſit, et illa fuit per cōſ. Neapol. deportata per ſeptenniū in inſulā, vt refert Gram. voto 23. Idem ſi cū manaria, ut in caſu, in quo cōſuluit Bal. conſ. 136. li. 2. Vel cū lignone, ut in caſu Io. de Amic. conſ. 23. [p] Vel pugno ēt armato, ut in eaſu Aret. conſ. 146. Vel calce. vt [r] in caſu Signor. conſ. 63. Itē ſi quis hēt enſem, et percutiat cum pomo enſis, nō autē cum ipſo enſe punctim, nec*

8 Item † adde, quòd ſi quis pugno aliquem interfeciſſet manu vacua, punitur, ac ſi gladio occidiſſet, caſus eſt ſingul. in l. quę actione, §. 1. ff. ad l. Aquiliam, quem ad hoc ponderat originaliter Iacob. Butr. vt refert, & ſequitur Baldus in c. 1. §. iniuria, vlt. col. de pact. tenen. Barb. in ſuo tract. de pręſt. Cardinal. vlt. fol. col. 1. verſ. vidi dubitari, vbi ſubdit, ſe habuiſſe in facto, quod eſt verum ſecundū Baldum in præcitato loco, dum tamen dolo interficiat.

9 Item † adde quod minor pœna irrogatur percutienti manu vacua, & cum ſanguine, quam cū armis ſecundum Ang. in l. ſi gemin. circa princ. ff. arbor. furt. cæſar. *Baiard.*

n *Aliū percuſſit.*] Quid de illo, qui mandauit famulis ſuis, vt vulnerarēt aliquem, ſed non occiderent, an ſi mādatarij excedētes mandatū vulnerando occiderūt, an mādans videatur dignus pęna mortis. Vide latè per Cæpol crim. cōſ. 35. 36. 37. 38. & per Dec. conſ. 482. & 622. vbi ad contraria reſpondet. Sed quæſt. fędere diſtinctionis conciliant Felin. in c. vniuerſit. 1. de ſent. exc. Iaſ in l. 1. C. de ſeru. fug. Cæpol. d. conſil. 35. in 3. dub. quos refert, ac ſeq. Boſſ. tit. de mand. ad homic. nu. 10. vbi de cōmuni, qui idem tenet etiam tit. de Homic. nu. 71. 72. Vide vbique. *Gaich.*

n *Puta ſi cū bacuio.*] Farin. d. q. 126 part. 3. n. 107. & quid cum manu vacua Apoſtill. ad Bart. in l. prętor. § ſi dicatur in fin. ff. de iniurijs. Vulpel. reſp. 126. nu. 5. de bacul. & ferro haſtæ, vel manu armata, nu. 25. & 34. & ſaxo, & lignone, vide, & Marſil. conſ. 7 de eo, qui vulneratus cecidit, & fregit crux, ex qua fractura perijt, Alciat. conſil. 23. lib. 7. *Roſ.*

p *Vel pugno iam armato.*] Intellige etiam, & declara, vt per pract. Carer. pag. mihi 115. Itē per eund. p. 243. *Giachar.*

10 *Vel pugno etiā armato.*] Adde † vide dum etiā Dec. cōnſ. 6. & declara, vt per Carer. in pract. crim. §. homicidium. 1. nu. 23. & 26. *Baiar.*

11 *Vt in caſu Signor. conſ. 63.*] Adde † quod idem eſſet, ſi haberet enſem in manu, & percuſſiſſet cū lapide, & non cum enſe